



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Quid sit fides. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**



Rom. 11. 4 mensuram cuius præcepit Apostolus unicuique sapere.

*Quid sit fides.*

*In enc. ca. 9. in princ.* Fides est virtus, qua creduntur, quæ non videntur. Quod tamen non de omnibus quæ non videntur, accipiendum est: sed de his tantum, quæ credere, ut ait Aug ad religionem pertinet. Multa enim sunt, quæ si Christianus ignoret, nihil metuendum est: quia non ideo à religione deuiat.

*Quot modis dicitur fides.*

*In lib. de trinit. 13. c. 2. ad medium.* Accipitur a. fides tribus modis, scil. pro eo quod creditur, & est virtus: & pro eo quod creditur, & non est virtus: & pro eo quod creditur, quod aliud est ab eo, quo creditur. Vnde Aug. inqt, Aliud sunt ea, quæ creduntur, aliud fides qua creditur. Illa n. in rebus sunt, quæ vel esse, vel fuisse, vel futura esse creduntur: hæc a. in animo credentis est, et tantum conspicua cuius est, & tamen nomine fidei censetur vtrumque. & illud, sc. quod creditur, & id quo creditur. Id quod creditur: dicitur fides, sicut ibi. Hæc est fides catholica, quam nisi quisque firmiter fideliterque crediderit, saluus esse non poterit. Fides a. qua creditur, si cum charitate sit, virtus est: quia charitas, ut ait Amb. mater est omnium virtutum, quæ omnes informat, sine qua nulla vera virtus est. Fides ergo operans per dilectionem, virtus est, qua non visa creduntur. Hæc est fundamentum, quod mutari non potest, ut ait Apost. quæ posita in fundamento neminem perire sinit. Vnde Aug. Fundamentum est Christus Iesus, i. Christi fides, sc. quæ per dilectionem operatur: per quam Christus habitat in cordibus, quæ neminem perire sinit. Alia vero non est fundamentum. Fides enim sine dilectione inanis est. Fides cum dilectione, Christiani est: alia, dæmonis est. Nam & dæmones credunt, & contremiscunt. Sed multum interest, vtrum quis credat Christum, vel Christo: vel in Christi

*In lib. de trinit. 13. c. 2. ad medium.*

*In symbolo illo vulgari Athanasii ad Gal. 5. b*

*1. Cor. 3. c*

*Galat. 5. b*

*Ephes. 3. c*

*Aug. c. 5. ad*

*princ. in En-*

*chyrid.*

*Aug. lib. de*

*fide & ope-*

*ribus c. 16.*

*ad princip.*

*Tomo 4.*

*Aug. ser. 181.*

*de tempore,*

*qui est pri-*

*mus in vigi-*

*lia Penteco-*

*stes de expo-*

*sitione sym-*

*boli ad illud*

*credo in Deū*

*patrē, co. 10.*